

DEDICATORIA.

terna, & simul veritatis inquisitio. Insu-
per excellentissima est ratione subiecti,
cui obediunt omnia, & quod omnia sup-
peditat. Præterea si modos eam traden-
di figuratos & metaphoricos inspicia-
mus, scientiam hanc diuinam potius
quam humanam afferemus, cum ad eam
nisi sola Dei intellectum illuminantis
gratia perueniri non possit. Adde quod
in hac reluceant Christianæ fidei myste-
ria: si enim artis materiam considere-
mus, videbimus similitudinem quan-
dam Sanctissimæ & indiuiduæ Triadis,
(pace eiusdem sic loquar, neq; enim res
creatas Creatori comparare fas est) vni-
ca enim est & trina, vna fuit, vnica est
quamuis tripartita, & ad vnitatem re-
dit. Hac scientia illustrati Sapientes, di-
em iudicij, & resurrectionis mortuorum
præuiderunt, in qua vnaquæque anima
suo proprio corpori coniungetur, & de
cætero à sese non separabuntur. In hac
imago quædam deprehenditur incarna-
tionis filij Dei Saluatoris nostri, qui
cælo delapsus in vterum B. Mariæ Vir-
ginis carnem assumpsit, & pro nobis pas-
sus & mortuus, post resurrectionem cum
corpore in terris assumpto in cælum re-
meauit. Transeo alia arcana, quæ non

(:) 3

nisi